IOSEPHI STEPHANI VALENTINI EPISCOPI VESTANI

DE OSCVLATIONE PEDVM ROMANI PONTIFICIS

AD S. D. N. SIXTVM V. P. O. M.

Adiecta eiuſdem Auctoris diſputatione de Coronatione, & Leuatione, ſeu Portatione Papæ.

Omnia nunc ex repetita prælectione, multis ex partibus locupletata & aucta, & ab Hæreticorum calumnijs, pluribus argumentis, Patrum teſtimonijs, & traditione defenſa.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMAE, Ex Officina Marci Antonij Muretti, & Iacobi Brianzæ Bibliopolarum. 1588.

Ex auctoritate Superiorum.

SANCTISS. D. N.

SIXTO QVINTO PONT. OPT. MAX.

EDIDERAM ab hinc annis vndecim B.P. librum hunc ſatis per exiguũ, nec ſatis meis euigilatum cogitationibus, licet in eum quicquid ex variis ac melioris notæ auctoribus colligere potui, laborioſè contuleram. Sed cum beneficiorum tuorum magni-

IOSEPHI STEPHANI VALENTINI EPISCOPI VESTANI DE OSCVLATIONE PEDVM ROMANI PONTIFICIS QVAM VETERES ADORATIONEM APPELLARVNT.

C A P. I.

Quid Adorationis nomine apud populos ſignificatum fuerit, apud quos ea viguit conſuetudo, vt alij manus, nõnulli pectus, multi principũ pedes ad oſcula retulerint.

ADORATIONIS vetuſtiſſima apud omnes gentes conſuetudo extitit, qua quiſq; honoris gratia, capite demiſſo, corpore dextrouerſum circumacto, dextram manum labijs admouebat. Quem morē Plinius lib. 28. cap. 2. expreſſit his verbis: *Adorando dexteram ad oſcula referimus, totum corpus circumagimus, quod in læuam feciſſe Galliæ religioſius credunt*. Apuleius Afer.